



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

VI. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt dem Kloster Richenberg diese Hufe des Landes zu Astvelde bei Goslar, welche sein Bruder Otto im Jahre 1200 dem Stifte vereignet hat.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

VI. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt dem Kloster Richenberg die Hofe Landes zu Astvelde bei Goslar, welche sein Bruder Otto im Jahre 1200 dem Stifte verzeignet hat.

Notum sit universis fidelibus, qui presentem paginam inspexerint, quod ego Albertus Marchio Brandenburgensis mansum quendam in Astvelde situm, quem frater meus Otto bone recordationis pro se suisque familiaribus ecclesie Sancte Marie in Richenberge obtulit, eidem ecclesie fruendum libere et absque omni contradictione concedo. Ne quis ergo de cetero jam dictam ecclesiam super eodem manso quoquo modo infestare presumat, super hoc negotio presentem literam dedi, quam appensione sigilli mei corroboravi. Hujus rei testes sunt Comites de Zuerin Gunzelinus et frater ejus Henricus, Badericus de Thorneburg, Hermannus Camerarius, Henricus Prepositus S. Sebastiani, Godofridus Notarius, Hinricus. Actum Halberstadt, die Martini Pape.

Vgl. Heineccii Antiqu. Goslar. liber II, pag. 157, wo diese Urkunde irrthümlich Albrecht dem Bären zugeschrieben und der dritte Zeuge Bodericus de Thornes genannt ist.

VII. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt die Veräußerung einer Hofe Landes in Diekbaum in der Altmark an das Kloster Marienthal bei Helmstädt, am 4. Febr. 1207.

In nomine domini Ego A. Marchio de brandeburc, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum esse uolumus generacioni omni, que uentura est, quod Gerardus de retvelde cum consensu heredum suorum mansum quendam, situm in uilbom, ecclesie vallis sancte Marie cum omni iure, quo ipse eum ante possederat, pro octoginta marcis uendit et uendicionem ipsam auctoritate nostra roborari postulauit. Acta sunt autem hec anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., indictione X. In urbe saluudele, Astipulante fidelium nostrorum testimonio, quorum hec sunt nomina, h. comes et uolradus filius suus de dannenberc, F. aduocatus et pueri sui, E. de calue et pueri sui, Sifridus et pueri sui, Pueri bodonis, T. dapifer, Rodolfus pincerna. Data per manus dapiferi nostri T., in dominica post purificationem beate Marie.

Nach dem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Original durch den Archivrath Dr. Schmidt daselbst mitgetheilt. Fehlerhaft abgedruckt in Scheid, Nachrichten vom Abel 466.

VIII. Der Römische König Otto bestätigt die Stadt Stade am 2. Mai 1209.

— — Huius rei testes sunt Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Bernhardus dux Saxonie, Thidericus Marchio misnensis, Albertus Marchio Brandenburgensis, Hermannus Landgravius Thuringie, Geuehardus Burggravius Magdeburgensis, Comes Burchardus de Maniffelt, Comes Adolfus de Schowinburg, Comes Bernhardus de Welpia, Comes Gunzelinus de Zwirin etc. — Acta sunt hec anno dominice Incarna-